



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 35. Imperium Electori Saxonico oblatum, atque ab eo recusatum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI rus, eundem Sanctorum albo inseruit,  
A. C. 1519. ejusque festivitatem secunda Aprilis, quæ  
 obitus sui dies erat, celebrandam indi-  
 xit. Agebantur ingenti prorsus pompa  
 Canonisationis solemnia hoc anno die  
 prima Maji.

## §. XXXIV.

*Electio Cæsaris Francofordiæ facta.*

*Guicc. l. 13.* Interea S. R. I. Electores diuturniorem,  
*Bellefor. l. 5.* quam Francofordiæ re infecta trahe-  
*c. 29.* bant, moram pertæsi animo constitue-  
*Apud Schar.* bant, quod in electionis negotio neutrius  
*oper. hist. t. 2.* ad Imperii coronam adspirantis rationi-  
*Es 3. Rev.* bus aurem amplius accommodare, sed  
*Germ. Fröh.* ambos Carolum Hispaniæ, & Franci-  
 scum I. Galliarum Reges, utpote extra-  
 neos inde excludere velint.

## §. XXXV.

*Imperium Electori Saxonico oblatum,  
 atque ab eo recusatum.*

*Schleid. in* Communi igitur suffragio ex natione  
*comm. de sta-* Germanica, atque Electorali Colle-  
*tu Relig. Es* gio Principem eligere decernebant; qua-  
*Rep. l. 1. p.* propter Friderico Saxonizæ Electori, qui  
*29.* ob præclara merita, prudentiam, cete-  
 rasque animi dotes *Sapiens* cognomina-  
 batur, Cæsaream coronam offerebant.  
 Hic tantam dignitatem hæud temere re-  
 cusant.

cusandam ratus, bidui spacium ad deli- Sæcul. XVI.  
 berandum sibi indulgeri petiit, tertia de- A.C. 1519.  
 mum die ea, qua erat modestia, obla-  
 tum diadema deprecatus est, illudque  
 uni Carolo deferendum contendit, Se-  
 ptemviros his verbis allocutus: „Haud  
 „fatis mirari valeo, cur non omnes un-  
 „animi suffragio in Caroli electionem  
 „conspirem; Princeps enim hic tot  
 „præclaris ornatus est dotibus, ut præ  
 „ceteris longe dignissimus habeat-  
 „tur. Natus insuper est in Flandria, Raynald. ad  
 „quæ Germaniæ Provincia est, educa- ann. 1519.  
 „tus fuit ab Avo celeberrimo, scilicet n. 23.  
 „Maximiliano Cæsare, a quo certe sa- Ex lib. 1.  
 „luberrima hausit præcepta pro prospe- collect. lit.  
 „ro Imperii regimine, ad quod is aliunde priv. p. 67.  
 „ex primævo naturæ beneficio, ut om-  
 „nibus perspectum est, aptissimus erat,  
 „unde merito ab illius Nepote omne  
 „prosperitatum genus nobis polliceri  
 „possumus. His accedit, quod Princeps  
 „sit ætate juvenis, animo nonnisi ad ge-  
 „nerosa & heroica facinora nato præ-  
 „ditus, corporis forma elegans, ac vi-  
 „ribus ad quoscunque labores infractis  
 „dotatus. Calet insuper optime exte-  
 „ras linguas, & præcipue idioma Ger-  
 „manicum, eminet etiam in bellicæ ar-  
 „tis peritia, agitque ætatem, quæ non  
 „modo ad tuendum, sed etiam augen-  
 „dum Imperium, necnon ad colligen-  
 „dos Hist. Eccles. Tom. XXXIII. H h „ dos

Sæcul. XVI. „ dos uberes gloriæ fructus vel maxime  
A.C. 1519. „ idonea est; præterea ad exequenda  
 „ magna ejusmodi consilia ipsi adeo op-  
 „ portuna media præsto sunt, ut nostram  
 „ gentem oneribus gravare minime com-  
 „ pellatur, cum ipse tot Regnorum, ac  
 „ ditionum omni abundantia celeberrimorum Princeps existat. Ut igitur  
 „ verbo rem absolvam, nunquam occasio,  
 „ qua in eligendo Cæsare suum pro  
 „ Imperii salute studium demonstrare possunt,  
 „ S. R. I. Electoribus magis opportuna fuit oblata,  
 „ quam hodie, ubi agitur de eligendo Carolo Maximiliani  
 „ Nepote. „

„ Nihilominus tamen, prosequetur  
 „ Elector, non desunt, qui media  
 „ excogitant, quibus hunc Principem  
 „ ab Imperii diademate excludere nituntur,  
 „ & quidem unice ea ex ratione,  
 „ ut Franciscum I. eidem subrogent.  
 „ Verum cuinam rationi hi innitantur,  
 „ plane ignoro; haud equidem diffiteor,  
 „ quod Galliarum Rex ob merita sua dignus sit,  
 „ perpendendum tamen, quod hic Princeps nec in Germania  
 „ educatus sit, nec unquam Germaniam vel  
 „ in limine salutaverit, atque adeo linguæ nostræ  
 „ ignarus sit, ut vix duo hujus idiomatis verba  
 „ intelligat. Cum igitur in Galliis ortum suum habuerit,  
 „ „ haud

„ haud dubium est, quin non etiam Gal- Sæcul XVI.  
 „ lorum indolem nostro genio tantopere A.C. 1519.  
 „ adversam cum lacte hauserit: quin-  
 „ imo pauca hæc sunt, quæ dixi, nam  
 „ præcipue prudentia, sanaque agendi  
 „ ratio pro imperii salute nos obstringit,  
 „ ut non sine timore ac diffidentia con-  
 „ sideremus, quod idem Princeps pri-  
 „ mam lucem aspexerit in ejusmodi  
 „ Regno, in quo perfectum dominatur  
 „ regimen Monarchium, quæ res tanti  
 „ est momenti, ut oculos nostros aperi-  
 „ re, ac nobis, nostræque secu-  
 „ ritati provide præcavere tenea-  
 „ mur; nam quis denique sponsor esse  
 „ poterit, ne talis Princeps suo tempo-  
 „ re ad ea prorumpat molimina, quibus  
 „ Imperii libertatem evertere nitatur,  
 „ ac S. R. I. Electores ad eandem, quæ  
 „ hodiedum Duces & Franciæ Pares af-  
 „ fligit, Status conditionem reducat.  
 „ Id sane tanquam res, quæ fieri nequit,  
 „ non est reputanda; sufficit hanc in rem  
 „ præteritæ ætatis gesta & historias in  
 „ memoriam revocare. Insuper quem  
 „ latet, quam copiose effusi sanguinis  
 „ pretio nostri Prædecessores suam liber-  
 „ tatem redimere compulsi fuerint, eo  
 „ duntaxat sine, ut tandem Imperii sce-  
 „ ptrum e Gallorum manibus extorque-  
 „ rent, simulque illud nationis nostræ  
 „ Principibus asserere possent? Ergone  
 H h 2 „ ad

Sæcul. XVI. „ ad eam prolabamur ignaviam, ut Im-  
A.C. 1519. „ perii sceptrum, quod hodieum in ma-  
 „ nibus nostris est, a nobis abjiciamus,  
 „ illudque rursus Gallis vindicemus. „

Hæc Friderici oratio adeo non Ele-  
 ctorum animos ab arrepto consilio amo-  
 vit, ut repetitis etiam precibus eundem  
 ad acceptandum Imperium urgerent; ni-  
 hilominus Fridericus illud constanti ani-  
 mo respuit. Hac illius modestia animi-  
 que sinceritate capti eundem, ut saltem  
 eum, quem ipse Imperio digniorem bona  
 fide censeret, nominaret, obtestabantur  
 Electores, polliciti, se illius iudicio ad-  
 hæsurus. Ast ne id quidem muneris in  
 se suscepit Fridericus, eorum, quos ex-  
 cluderet, indignationem veritus.

## §. XXXVI.

*Carolus Hispaniarum Rex ad Cæsa-  
 ream dignitatem a Friderico Sa-  
 xoniæ Electore designatus.*

Cum vero rursus instarent Electores,  
 Fridericus palam exponebat, meum,  
 si expetitis iudicium, fides ac conscien-  
 tia mea mihi testis sit, quod præter Re-  
 gem Catholicum neminem alium Impe-  
 rii solio digniorem reputarem. Mox una-  
 omnes in eandem descenderunt senten-  
 tiam.

*Pallavicin.  
 hist. Concil.  
 Trid. l. I.  
 c. 25.*

## §. XXXVII.